



Dies pulcherrimus fuit. Tam calidus et mollis quam pennae gallinariae. Sed dies Lunae, quod doleo. Et horologium ingens supra introitum scholae iam quadrans post octavam horam monstravit, dum Sprotta in aulam volat. »Stercus!«, dixit, imposuit laboriose birotam suam in stationem rubiginosam et traxit peram de retinaculo sarcinae. Tum contra scalas assultavit et per aulam otii desertam cucurrit. In scalis fere in dominum Mausmann, vilicum, irruit. »Eho!«, dixit et miculas panis caseati male devoravit. »Excusa!«, Sprotta murmuravit – et currere perrexit. Etiam nunc per dua vestibula, tum denique anhelose ante portam classis stetit. Intus nemo muttire audebat. Ut semper apud magistram Rose. Sprotta iterum respiravit, pulsavit portamque aperuit.

---

penna gallinaria f. = *Hühnerfeder*; dies Lunae m. = *Montag*; quod doleo = *leider*; horologium –i n. = *Uhr*; introitus –us m. = *Eingang*; quadrans, -antis m. = *Viertel*; stercus, -oris m. = *Mist*; birota, -ae f. = *Fahrrad*; statio, -onis f. = hier: *Fahrradständer*; rubiginosus, -a, -um = *rostig, verrostet*; pera, -ae f. = *Ranzen, Schultasche*; retinaculum sarcinae n. = *Gepäckträger*; aula otii f. = *Pausenhalle*; vilicus, -i m. = hier *Hausmeister*; irruere = *in jmd. hineinrennen*; micula, -ae f. = *Stückchen, Krümel*; panis caseatus m. = *Käsebrot*; male devorare = *sich verschlucken*; murmurare = *murmeln*; vestibulum –i n. = *Flur*; anhelose Adv. = *atemlos, keuchend*; muttire = *sich mucksen*; respirare = *Luft holen, atmen*;

